

Zeitschrift: Der Geschichtsfreund : Mitteilungen des Historischen Vereins
Zentralschweiz

Herausgeber: Historischer Verein Zentralschweiz

Band: 61 (1906)

Artikel: Urkundenbuch des Stiftes Bero-Münster 1036 - 1313. Band 1

Autor: Liebenau, Theodor von

Kapitel: Urkunde Nr. 190 bis 199

DOI: <https://doi.org/10.5169/seals-116382>

Nutzungsbedingungen

Die ETH-Bibliothek ist die Anbieterin der digitalisierten Zeitschriften auf E-Periodica. Sie besitzt keine Urheberrechte an den Zeitschriften und ist nicht verantwortlich für deren Inhalte. Die Rechte liegen in der Regel bei den Herausgebern beziehungsweise den externen Rechteinhabern. Das Veröffentlichen von Bildern in Print- und Online-Publikationen sowie auf Social Media-Kanälen oder Webseiten ist nur mit vorheriger Genehmigung der Rechteinhaber erlaubt. [Mehr erfahren](#)

Conditions d'utilisation

L'ETH Library est le fournisseur des revues numérisées. Elle ne détient aucun droit d'auteur sur les revues et n'est pas responsable de leur contenu. En règle générale, les droits sont détenus par les éditeurs ou les détenteurs de droits externes. La reproduction d'images dans des publications imprimées ou en ligne ainsi que sur des canaux de médias sociaux ou des sites web n'est autorisée qu'avec l'accord préalable des détenteurs des droits. [En savoir plus](#)

Terms of use

The ETH Library is the provider of the digitised journals. It does not own any copyrights to the journals and is not responsible for their content. The rights usually lie with the publishers or the external rights holders. Publishing images in print and online publications, as well as on social media channels or websites, is only permitted with the prior consent of the rights holders. [Find out more](#)

Download PDF: 15.01.2026

ETH-Bibliothek Zürich, E-Periodica, <https://www.e-periodica.ch>

eines durch honorandum dominum Ulrichum de Landenberch, thesaurarium ecclesie Beronensis überreichten Kelches.

Mit irriger Jahrzahl 1390 gedruckt bei Wartmann, Urkundenbuch IV, 401; mit obigem Datum im Zürcher Urkundenbuch V, 269.

Nr. 190.

1286, in der Kirche in Vislisbach.

Magister Heinricus Manesse, Chorherr von Zürich und Magister Chuonradus de Hegendorf, Notar des Propstes Lütold von Zofingen, entscheiden als erbetene Schiedsrichter den Streit zwischen Herren Hartmann (von Büttikon), Kirchherrn und den Kirchgenossen von Fislisbach über gegenseitige Rechte und Pflichten auf Grundlage der von Luzern bis Gebisdorf geltenden Rechte. Siegler: Der Abt von Wettingen und Herr Johann von Büttikon, Chorherr zu Münster.

Lateinisches Original im Archiv des Spitals Baden, gedruckt bei Neugart, Cod. Diplom. Alemaniae II, 319, E. F. Welti, Urkundenbuch der Stadt Baden I, 1.

Copie in Bircher, Cop. Lib. criniti in Münster und von Dekan Stamm v. J. 1789 im Pfarrarchiv Fislisbach.

Deutsche Uebersetzung in J. Staffelbach, Fislisbach, Luzern 1875, 38—40.

Nr. 191.

1286, 7. Mai.

Die Grafen Hermann und Volmar von Froburg bewilligen ihrem Dienstmann Ritter Werner von Kienberg den Verkauf der Güter in Dagmersellen.

Nos Hermanus et Volmarus fratres dicti de Froburg notum facimus vniuersis, quod dilecto | nobis domino Wernhero de Kienberg, militi, ministeriali nostro ut omnia bona sua | propria in banno Tagmarselle sita in presente habita vendet, pleno consensu | indulgimus, venditionem ipsam ratam habentes presentibus, sigillo videlicet meo Her. | quo ego Volmarus vtor

ad presens in testimonium figillatis. Datum anno domini ¶
M.^o CC.^o LXXXVI.^o, Nonis Maii, Indictione XIII.^a

Das Siegel des Grafen hängt beschädigt.

Copie im Liber crinitus fol. 22. Vgl. J. E. Kopp, Geschichte der eidgen. Bünde, II, 1, 489.

Nr. 192.

1286, 18. November.

Ritter Rudolf von Trostberg verkauft um 34 ſ Pfennig sein in der Pfarrei Kulm gelegenes Gut Steinachberg an das Stift Münster.

Vniuersis presentem paginam inspecturis vel auditoris Rv̄dolfus de Trofperch, Miles, noticiam rei geste. Vita hominum breuis, memoria labilis monent, vt gesta, ne cuiusquam calumpnis impugnetur roborata scripture testimonio perhennentur. Nouerint igitur, quos nosse fuerit oportunum, quod ego prefatus R. Miles Bonum de Steinachberg, situm in Barrochia Ecclesie in Chulunbe, quod michi Jure proprietatis competebat, tradidi et donauī pro triginta quatuor libris denariorum vsualis monete, quas libras me profiteor presentibus recepisse, iusto uenditionis titulo, sine dolo ac qualibet captione, cum omni iure michi in bono prehabito competente. Ecclesie Beronensi libere, quiete et pacifice perpetualiter possidendum. Renuncians omni beneficio Juris tam canonici quam ciuilis, per quod huius uendicionis possit impofterum aliquatenus impugnari vel etiam reuocari, tam per meos pueros uel etiam meos quoscunque alios successores. In cuius rei testimonium ego memoratus R. presens instrumentum predicte ecclesie Beronensi tradidi Sigilli mei munimine roboratum. Acta sunt hec anno domini M.^o CC.^o LXXX^o VI. XIII.^o Kalendas decembris. Indictione XV.

Liber crinitus fol. 19. Vgl. Neugart, Episcop. Constant. II, 361, Kopp, Geschichte der eidgen. Bünde II, 1, 489.

Nr. 193.

1286, 22. November, 1287, 6. September.

Propst Ulrich von Landenberg und Chorherr Walther

von Veltheim beauftragen in Folge Mandates des Custos Heinrich von Konstanz die Leutpriester von Signau und Höchstetten mit der Vorladung des Ritters Ulrich von Signau, Cuno's von Bernstos und dessen Diener Johann im Prozess des Kaplans Peter in Münster.

Vlricus de Landenberch, prepositus Ecclesie Beronensis et Waltherus de Veltheim, Canonicus ibidem, Judices ab honorabili domino Magistro H. Thesaurario Ecclesie Constantiensis deputati, | viris discretis plebanis seu viceplebanis in Signowa et in Höchstetelon salutem in omnium saluatore. Noueritis nos mandatum venerabilis domini The- | saurarii Ecclesie Constantiensis recepisse, videlicet in hec verba: H Thesaurarius Ecclesie Constantiensis, officialis curie eiusdem, honorabilibus in Christo. . . preposito Ecclesie | Beronensis et Walthero de Veltheim, Canonico ibidem, salutem in domino. Causam, quam Petrus prebendarius Capelle sancte Katherine Beronensis mouet Vlrico militi de Signowa, Chvnoni | de Bernstos . . . filiis eiusdem, et Johanni famulo domine dicte a der Mure, seu mouere intendit, Discretioni vestre committimus, Mandantes, quatinus | partibus conuocatis causam audiat, eamque sine debito decidatis, facientes, quod decreueritis in eadem per censuram ecclesiasticam firmiter obseruari. | Testes autem, qui nominati fuerint, si se gratia, odio vel timore subtraxerint, simili censura compellatis perhiberi veritati, Datum Berone | X. Kalendas Decembris, Indictione XV.^a Huius igitur auctoritate mandati Discretioni vestre mandamus firmiter iniungentes, quatenus | Vlricum Militem de Signowa citetis coram Nobis in Ecclesiam Beronensem feria quarta proxima post festum beati Mauritii Queri- | monie Petri prebendarii Capelle sancte Katherine Beronensis super obiciendis finaliter Responsuros. Datum Berone, anno domini | M^o CC^o LXXX^o septimo. VIII. Idus septembris, Indictione XV.^a In executione huius mandati alter alterum non expectet. Reddite litteras | in signum executionis istius mandati Sigillorum vestrorum munimine consignatas.

An der Urkunde hängt das zerbrochene Siegel des Propstes und das wohlerhaltene Siegel Walthers von Veltheim mit

dem Osterlamm mit Fahne im Siegelfelde. Legende: S.' WAL. DE. VELT. CAN. B'RONEN. — Druck: Fontes Bernens. III, 425.

Nr. 194.

1288, 19. April, Luzern.

Das Stift Luzern genehmigt den Verkauf von Haus und Hofstatt in Hochdorf durch Heilwig und Verena Schenk ans Stift Münster.

Honorandis viris in Christo dominis — — preposito et capitulo Beronenfis | Ecclesie. D. prepositus et conuentus Monasterii Lucernenfis orationes in Christo deuotas. Cum Heilwigis relicta et Verena filia sua quondam Chunradi | dicti Schenken de Hochdorf, aream suam et domum in Hochdorf | fita, in quibus residentiam fecerunt ecclesie vestre vendiderint et tradiderint, Nos ad petitionem vestram eidem venditioni et traditioni pro ipsis et cum ipsis ecclesie nostre seruis consensum nostrum presentibus spontaneum impertimur. Sigillum nostrum, videlicet prefati prepositi | quo et nos conuentus continetur presentibus litteris appendendo. Datum | apud Lucernam, anno domini M^o CC^o XXX^o VIII.^o Kalendas Maii | Indictione prima.

Das Siegel ist abgefallen.

Liber crinitus fol. 22, b. Vgl. Neugart, Episcop. Constant. I, 365; Kopp, Geschichte der eidgen. Bünde II, 1, 489; Geschichtsfreund 1, 252, 450.

Nr. 195.

1288, 23. April. Sursee und Burgdorf.

Die Familie Frieso verkauft dem St. Katharina Altar in Münster eine Schupose in Sursee und ein Gut in Eich.

Elisabeth relicta Rvdolfi quondam Freifo et Nos videlicet Johannes, Rvdolfus Freifo, Nicolaus et Petrus, Margaretha et Katherina | proles eiusdem Elisabeth, vniuersis Christi fidelibus ad quos presentes peruenerint, noticiam subscriptorum. Quia cum veloci decursu temporis | gesta hominum a memoria de facili elabuntur, expedit ipsa litterarum testimonio confirmari.

Nouerint igitur vniuersi tam posteri | quam moderni, quod Nos
 per manum nostri veri Tutoris et legalis, Militis dicti der
 Ruhe Freiso, eiusdem tutoris consensu accedente | possessiones,
 videlicet vnam Scopozam sitam circa Muros opidi Surfe et
 partem possessionis dicte Johannis de Scheinchon, quondam
 militis, | sitam in villa Eiche, que possessiones ad Nos Jure
 proprietatis pertinere dinoscuntur, pro certa pecunie quanti-
 tate, scilicet quadraginta quatuor | libris vsualis monete, quam
 pecuniam profitemur presentibus recepisse, altari beate Kather-
 vine in Ecclesia Beronenfi, titulo venditionis, quam | venditio-
 nem Dominus Johannes de Bvthinkon fieri procurauit, tradimus et
 tradidimus bona fide et sine omni captione libere possidendas. |
 Promittentes eidem altari pro Nobis et nostris heredibus vbi-
 cunque et quandocumque necesse fuerit debitam prestare de pre-
 dictis possessionibus warandiam, abre- | nuntiantes etiam presen-
 tibus pro Nobis et nostris heredibus omni exceptioni, priuilegiis,
 petitionique restitutionis in integrum et omni Juris auxilio canonici
 | et ciuilibus et omnibus quibus presens venditio a Nobis sponte
 facta in posterum aliquatenus possit impediri vel quomodolibet
 infirmari. Ne autem hec nostra ven- | ditio aliquorum
 malitia valeat irritari, verum etiam ad presentis facti eviden-
 ciam et in rei geste testimonium presens Instrumentum conscribi
 fecimus, Ipsum Si- | gillo Nobilis viri Domini Petri Militis de
 Kranburg optinentes nostra petitione supplicis roborari. Nos
 Petrus Miles de Kronburg, memorate Eli- | zabeth, fuorumque
 liberorum, necnon eorundem tutoris supplicationibus inclinati,
 Sigillum nostrum presenti scripto in testimonium premissorum
 duximus appendendum. Huius | rei testes rogati qui interfue-
 runt, cum ipsa venditio agebatur seu tractabatur per antedic-
 tum Johannem de Bvthinkon Militem in Opido Surfe sunt |
 Mathias de Scheinkon, Jacobus de Scheinkon, Milites, Hart-
 mannus de Iffendal, Cvnradus de Rethenowa et Henricus
 villicus, Ciuis Zovingensis. Testes vero | rogati qui interfuerunt
 cum sepedicta venditio fuerat consumata in Burgdorf, sunt H.
 Dapifer de Froburg, Wernerus dictus Nvnlist, Jacobus de
 Zauenule, Vzeli- | nus Werdinus, D. de Erolzwile, Vlricus de

Wichtra et alii quam plures fidedigni. Acta sunt hec anno domini. M^o. CC^o LXXX^o viii^o. IX. Kalendas Maii. 8. Indictione prima.

Das schildförmige Siegel des Freihern von Kramburg mit dem Dreiberg im Siegelfelde hängt beschädigt.

Nr. 196.

1289, 6. Juni, Münster.

R. Leutpriester von Kerns, verzichtet auf den Zehnten von Emmen gegen ein Leibgeding.

Nouerint vniuerfi, quos nosse fuerit oportunum, quod ego R. perpetuus vicarius in Kerns confiteor per presentes, decimam sitam in Emmun, quam ad usus meos pro tempore vice meo a venerabilibus viris dominisque suis cariffimis D. de Halwile bone memorie, quondam preposito et capitulo Ecclesie Beronenfi pro certa pecunie quantitate comparavi, me dictam decimam resignasse spontanea voluntate et in manus honorabilis viri domini Vlrici de Landenberch, nunc prepositi, renunciaffe omni juri, quod mihi per predictam emptionem in dicta decima competere videbatur. Ita tamen, quod prefatus honorabilis vir . . de Landenberg, nunc prepositus, et capitulum prenotatum venditionem illam, quam feci Wilhelmo de Ofpental, videlicet ad quatuor annos continuos, ratificerunt, et ratam firmiter habere promiferunt. Hac videlicet conditione, quod prelibati . . prepositus et capitulum se ad hoc fide bona omnique doli remoto materia, prout in litteris suis patentibus super hoc specialiter confectis plenius continetur, astrinxerunt, quod illis IIII annis elapsis, quos predictus Wilhelmus debet habere mihi omni anno, quamdiu vixero, X maltera spelte et X maltera auene menfure Turicenfis, in festo beati Martini vel antea in opido Lucernenfi, sine omni dampno meo assignare tenetur et integraliter presentare. In cuius rei euidenciam presentem cedula[m] figillis honorabilium virorum Arnolde de Rinach, Thesaurarii, et H. de Vilmaringen, Canonici Beronenfis, petii consignare ac proprium meum sigillum duxi appen-

dendum. Acta sunt hec Berone anno domini M^o CC^o LXXX^o IX.
VIII. idus Junii, indictione II.^a

Liber crinitus fol. 24.

Nr. 196.

1289, 31. Juli, Münster.

Das Stift Münster verkauft der Katherina Pfrund, 3 Schupfen in Meisterschwand.

Vlricus de Landenberch, prepositus et capitulum Ecclesie Beronenfis, vniuersis et fingulis tam pofteris quam modernis, ad quos presentes | peruenerint, subscriptorum noticiam cum falute. Ne propter fluxibilitatem temporis gesta mortalium, que prouide ftatuuntur et aguntur | ab hominum memoria, que labilis est, et rerum turbe non fufficit, euaneſcant, vtile dinofcitur, ipfa literarum teſtimonio commendari. | Nouerint igitur omnes et finguli, quos noſſe fuerit oportunum, quod Nos tres ſcopozas fitas in villa Meſterschwang, quas colunt | dictus Chindelere et Rvdolfus dictus in Chilchove, Jure proprietatis noſtre Beronenſi Eccleſie pertinentes, altari beate Katherine | in eadem Eccleſia Beronenſi vendidimus iuſto venditionis titulo, cum omni Jure ad eaſdem ſcopozas pertinente, pro quadraginta quinque libris denariorum vſualis monete, conuerſis ad vtilitatem noſtre predictae Eccleſie Beronenſis, videlicet ad vineta in Ochein, que vineta cum predictis | denariis aliis coaſſumptis et appoſitis comparauimus Eccleſie antedictae. Retinentes Nobis tamen cenſum quatuor ſolidorum cum dimidio annuatim | ſoluendum et reddendum de predictis ſcopoſis tribus, ita, quod Diſcretus vir Petrus ſacerdos, dictus ſacriſta, prebendarius altaris memorati, | vel qui ſuceſſor eiuf fuerit, videlicet prebendam iam dicte altaris optinendo, ſingulis annis in feſto beate Katherine de ſepredictis tribus ſcopoſis | decem et octo denarios, hoc eſt tredecim et octo denarios Cellerario prefate Beronenſis Eccleſie, nomine cenſus, exſoluere non omitat, promittentes nichilominus eidem | altari pro Nobis noſtrisque ſuceſſoribus vbicunq; et quandocunq; neceſſe fuerit, de predictis tribus ſcopoſis preſtare warandiam. Renunciamus etiam preſentibus | omni bene-

ficio Juris, tam canonici quam ciuilibus, per quod predicta venditio possit in posterum irritari vel aliquatenus impugnari. In cuius rei euidentiam et | robur omnium premifforum Nos predicti prepositus et capitulum Sigilla nostra duximus presentibus apponenda, Datum et actum Berone anno domini M^o CC^o | LXXXIX,^o pridie Kalendas Augusti, Indictione II.^a

Die beiden Siegel hangen beschädigt.

Nr. 198.

1289, 17. August, Münster.

Kaplan Peter zu St. Katharina in Münster verkauft 2 Schuposen in Neudorf und kauft 3 Schuposen in Meisterschwand.

Petrus, Sacerdos, prebendarius altaris beate Katherine in Ecclesia Beronenfi, vniuersis tam presentibus quam | futuris ad quorum noticiam presentes peruenerint, subscriptorum noticiam cum salute. Plerumque contingit, vt ea que ab hominibus | etiam deliberacione non parua prehabita, a memoria hominum, quia non sunt roborata scripturarum apicibus, elabantur, | qua re caute a sapientibus prouisum est vt, ne gesta et tractata magna diligencia ordinati, per obliu- | onis nebulam a memoria hominum rapiantur, litterarum indiciis perhennentur. Nouerint igitur omnes et singuli, quos nosse fuerit | opportunum, quod Ego prefatus Petrus prebendarius duas scopozas sitas in Villa Nūdorf, quas colit Waltherus dictus | Gōwo, reddentes quatuor Maltera spelte simul et auene, dicto altari iure proprietatis pertinentes hactenus et adiunctas, consensu | prepositi et capituli Beronenfis ecclesie vnanimi accedente, memorato Walthero dicto Gōwo pro quadraginta libris denariorum vsualis mo- | nete ab ipso persolutis, et per me ad vtilitatem predicti altaris perpetuam conuersis et transmutatis cum aliis quinque libris denariorum videlicet | ad tres scopozas sitas in Meisterschwang, quas sepedicto altari a predictis preposito et capitulo Ecclesie Beronenfis cum | pretaxata pecunia iure proprietatis et omni alio Jure legitime comparauit Iusto venditionis titulo quiete et pacifice trado | et tradidi

possidendas. Hiis sane condicionibus interiectis et fideliter ob-
 seruandis, videlicet, vt dictus Waltherus et Hemma | coniunx
 sua solum ad tempora vite sue, Ipforum vero liberi, quos
 nunc habent simul et adhuc invicem procreare possunt | per
 directam lineam descendentes Jure hereditario pro annuo censu
 vnus solidi denariorum, tam ab ipsis Walthero et Hemma,
 quam | predictis liberis, annis singulis in festo beati Michaelis
 in autumpno predicto altari soluendo, Scopozas possideant pre-
 taxatos. Insuper, si quempiam dictorum liberorum contingeret
 extra paritatem hoc est dictum vulgariter vffer finre gnoffami
 | aliquam vel aliquem sibi matrimonialiter desponsare, talis a
 predicto jure hereditario dictarum scopozarum alienum se
 nouerit | et exclusum. Ne autem in posterum valeat predicta
 venditio quoquo modo irritari, vel aliquo modo impugnari pre-
 lens | Instrumentum super hac venditione a me bona fide con-
 fectum, vna cum Sigillis honorandorum virorum Vrici de Lan-
 den- | berch, prepositi et capituli Ecclesie Beronensis, quibus
 coutor in hac parte et cum fidedignorum subscriptione testium
 robo- | rati. Testes sunt Waltherus de Velthein, Canonicus
 Beronensis, Hugo, Sacerdos prebendarius Beronensis, Gervngus
 clericus | dictus de Sechingen, Arnoldus Trutman, Dietericus
 de Eigildorf, et plures alii fidedigni. Nos Vricus de Landen-
 berch | prepositus et capitulum ecclesie Beronensis promittentes
 predictis Walthero et Hemme, suisque liberis pro dictis sco-
 pozis vbicunque | et quocumque necesse fuerit prestare no-
 mine altaris prehabiti warandiam, Sigilla nostra in omnium
 premifforum roboris firmi- | tatem presenti scripto duximus
 appendenda. Datum et actum Berone, anno dōmini M^o CC^o
 LXXX^o IX^o, XVII. Kalendas Septembris. Indictione secunda.

Die beiden Siegel hangen beschädigt.

Copie im roten Jahrzeitbuch, 2. Stück nach 31. Dec.

Nr. 199.

1289, 17. Oktober, Neuenburg.

Ritter Johann von Tuslingen in Neuenburg verkauft an das Stift Münster um 81 Mark Silber Güter und Kirchensatz in Auggen, vormals Eigentum der Grafen von Froburg.

Johannes de Tufflingen, Miles, cuius de Nuwenburch, presentium inspectoribus Geste rei memoriam in perpetuum. Quoniam probrosa oblivio factis seu dictis hominum nouercari solet, et ob id, que aguntur in tempore, ne processu temporis elabantur, perhennari litterali studio consueverunt et testimonio. Nouerint igitur vniuersi auditores presentium, seu inspectores, quod ego predictus Johannes bona mea sita in banno Wile Ovchein, que bona olim fuerunt Comitum de Vroburg, sive consistant in domibus, areis, vineis, pratis, curtibus, pascuis, nemoribus, filuis vel aliis quibuscunque nominibus censeantur, cum omnibus iuribus, consuetudinibus, appendiciis suis, iurisdictione et districtu, jure proprietatis vendo et venditionis titulo pro me et pro meis heredibus trado in manus honorandi domini Vlrici de Landenberg, propositi ecclesie Beronenfis, nomine sue ecclesie et capituli predictae ecclesie recipientis, pro octoginta Marcis cum vna Marca argenti puri et legalis, ponderis oppidi Núwenburc, quas octoginta Marcas cum vna Marca a prefatis dominis preposito et capitulo Beronenfi, nomine Ecclesie, confiteor nomine precii et pro pretio dictarum rerum integraliter datas et solutas esse et a me receptas. Renuntians pro me et meis heredibus in perpetuum omni exceptioni non date, non solute, non numerate pecunie antedictae et omni iuris auxilio, per quod predicta venditio siue contractus infringi posset et enervari, aut in partem uel in totum in aliquo debilitari. Volo insuper, quod ius patronatus in Ovchein, quod ad bona predicta seu ad uniuersitatem bonorum venditorum cum ipsis bonis venditis, ad que ab antiquo pertinere dinoscitur, liberaliter transeat in Ecclesiam antedictam. Promitto etiam eidem preposito et capitulo ac suis successoribus pro me et meis heredibus sollempniter stipulanti warandiam prestare in iudicio uel extra iudicium et duplam emptionis nomine, volens quod idem prepositus et capitulum possint de cetero de predictis bonis tamquam suis disponere et ordinare pro suo libito voluntatis. Huic venditioni seu contractui interfuerunt testes subscripti ad hoc specialiter uocati et rogati. Rüdigerus Rector Ecclesie in Ovchein, Brunwardus miles de

Ovchein, Burcardus et Jacobus fratres milites dicti Sermezer, Joannes miles dictus Zeringer, Johannes dictus Bohard, H. de Celingen, Gerungus Scultetus, Nicolaus de Hartkilche, C. uillicus de Seuelden, Lupo senior de Seuelden, C. Renko, C. dictus Claufferige, H. dictus Tennivifel, H. dictus Vozgant et alii quamplures ciues de Nüwenburc fidedigni. Et ex quo Scultetus et confules de Nüwenburc predice venditioni siue contractui interfuerunt, viderunt et audiuerunt Sigillum sui oppidi precibus — — prepositi et capituli predicti simulque meis presentibus appenderunt. Et ego predictus Johannes in euidenciam et robur predictorum presentem cartam munimine figilli proprii consignauit. Datum et actum apud Nüwenburc, anno domini M^o CC^o LXXX^o IX^o., feria Secunda post festum Sancti Galli.

Liber crinitus fol. 19.

Vgl. J. E. Kopp, Geschichte der eidgen. Bünde II, I, 491.

Nr. 200.

1289, 19. Oktober, Constanz.

Propst und Capitel von Münster besiegeln mit andern Stifftsvorständen die von D., Cantor der Domkirche Basel, als päpstlicher Executor erlassene Urkunde über Entrichtung der Zehntquart, anlässlich der Diöcesan-Synode. Siegel des Propstes mit Inschrift: S. VL. D. LANIB'G. PPOITI. B'ONE.

Neugart Hist. Episcop. Constant. II, 660—662.

Beachtenswert ist die Reihenfolge der Chorherrenstifte, Domstift, St. Stephan und St. Johann in Konstanz, Zürich, Beromünster, Zofingen Schönenwerd.

Nr. 201.

1289, 9. December, Münster.

Erblehenbrief für Adelheid zum Brunnen von Kammerer Arnold von Rinach, Chorherr zu Münster.

Nouerint vniuerfi tam posteri quam moderni presentem litteram inspecturi | vel etiam audituri, quod Ego Arnoldus de Rynach, Canonicus et pro tempore | Camerarius Ecclesie Bero-